Heinsio. rescripsi
noordgent. 30.
1638



Nobiliss.e dne:

Rogat me subtilis, neq, ut opinor, facile subvertendae philosophiae autor D. Descartes, familiaritate mihi [et gloriae], intimâ, et quali paucos homines dignatur, conjunctissimus, ut precibus apud te experiar, an gratificari possis viris in Gallia eruditis et in honore positis, qui hoc summopere ab illo, et à me, nimirum apud Heinsium pro meritis gratioso, contendunt ut ex Bibliotheca quam Leidae regis, commodato sibi ad paucos menses copia fiat librorum [Arabicorum] quos vocant, Heronis Baruleon, et Ptolemaei Cathem: utriusq de nro eorum quos ex Oriente Golius nr. attulit. [Vadimoniis hoc quidem Amstelodami interpositis ad quasvis libri pretii summas.] Vide sis, mi amice, quousq vim humanitati tuae fieri passurus sis, primum ut literis et liberali ~~…~~ faveas, deinde et meae existimationi consulas, cuius hanc praecipuam partem duco, valere preces de vobis, quod cur valeam [satis mihi conscius sum] nihil causae ~~A…~~

Vale ~~…~~ deus meum à.

Tuo tuo

C. H.

Fatae cladis, Romaniq (ut apud Florum est) nec Batavis, esse cognitum, quam accepimus, eventum novi. si causam quaeris, quidquid malevoli obstrepant, hanc mihi credo [ipsissimam] fuisse, quod quib. nri administratio commissa fuit, non satis illud Imp. Caes. ap. Tacitum meminerint. Vobis arma et animus sit, mihi consilium et virtutis vrae. regimen relinquite. sed in sinu hoc. neq enim allegari volo.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 264
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1867